

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Practicae Novae Imperialis Saxonicae Rerum Criminalium Pars ...

Quaestionum fere universarum in materia cuiusque generis homicidiorum,
fractae pacis publicae, laesae Majestatis ... falsificationis monetarum,
blasphemiarum, periurii & sortilegiorum ... decisiones absolutas ...
exhibens

Carpzov, Benedict

Wittebergae, 1670

Qvaestio XXII.

[urn:nbn:de:bsz:31-127726](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-127726)

- 42 Pariter non obstat *Artic. 130. Ordin. Crim. in verb. An Leib oder Leben. Quia ibidem particula vel ponitur pro particula Et: Ut sensus sit, eum teneri pœna Rotæ, qui veneno damnatum infert alicuius corpori & vitæ, der einen an Leib und Leben beschädiget, adeoque pœna Rotæ tunc demum obtinet, si mors secuta sit. In Iure enim sæpissimè particula vel est conjunctiva, & ponitur pro Et, Etiam &c. Ut in l. sapè. ff. de verb. signif. l. cum quidam ff. eodem tit. l. quod si Ephefi ff. de eo quod certo loco. Zas. in l. si famul. in fin. ff. de iurisdic. Bartol. in l. supra iter §. officium ff. de aqua plu. arce. & in l. generali. C. de Sacros. Eccl.*
- 43 *Et secundum prædictam opinionem Scabinos Lipsenses ante plurimos annos respondiisse reperio: Ob nun wol in des R. Römischen Reichs peinlicher Halsgerichts Ordnung versehen, wer jemand durch Gift oder vnen an Leib oder Leben beschädiget, daß derselbe am Leben mit Unterscheid / wie daselbst gemeldet / gestrafft werden soll / dieweil aber dennoch der Gift / darum sie ihm solchen Gift beybracht / als nemlichen der Tod ihres Ehemannes / nicht erfolget / und aber durch ein allgemeyne Gewonheit ein*
- geführt worden, daß der böse Fürsag, ja auch der an gemachte Fleiß eine Mißhandlung zubegeben, so doch ins Werk nicht gerichtet / einer vollbrachten Weib that gleich nicht zu straffen / so mag auch obgemelte Weibsperson von wegen der unterstandenen und da nicht vollbrachten Entleibung ihres Ehemannes am Leben nicht gestrafft werden: Sie wird aber gleichwol dieser und ander ihrer Verbrechen wegen / billich zur Staup geschlagen / und darüber auch mit ewiger Verweisung in Straffe genommen / B. N. 23.
- Quemadmodum etiam hodiè pro conatu in crimine Veneficii, licet ad actum proximum fuerit devenum, fustigatio eum perpetua relegatione declari solet: Veluti pronunciatum Nach Quehl an Perleschen Vorwalter / Mens. April. Anno 1596.*
- An die Verwaltere des Raths Rittergüter zu Etyzig / M. Augusto, Anno 1598.*
- Ad consultationem Præfæli Chemnicensis, M. Decemb. An. 1603.*
- Ad requisitionem Præfæli in Wolckenstein / M. Jul. An. 1602.*
- Quæstoris in Salza / M. Sept. an. 1626.*

QVÆSTIO XXII.

De Latrocinio, eiusque pœna.

S V M M A R I A.

1. Quidnam sit Latrocinium, & quomodo definiatur, n. 18.
2. Latrocinii vocabulum quandoq; generaliter ponitur.
3. Quomodo in specie accipiat, & à depraudatione differat, n. 4, 5, 6.
7. Latrocinium multo gravius delictum est homicidio.
8. Quanam pœna Latrocinii in foro Saxonico, numer. 9.
10. Responsa Scabinorum Lipsensium.
11. Ratio exasperationis supplicii in latrocinio, n. 13.
12. Interventus pecunie aggravat delictum, n. 40.
14. Reiiicitur sententia Ns. ol. Reusneri lib. 1. decif. n. 20. n. 15, 16, 17.
19. Latrocinium non solum in via publica, sed & in domo committitur, n. 20.
21. Explicatio Const. Elect. §. p. 4.
22. Domus cuique sua intissimum est receptaculum.
23. Sententia Scabinorum Lipsensium, n. 25.
24. Vespillones agrotos necantes & spoliantes Latrocinium committunt.
26. Latrocinium committit, qui secum cohabitancem, dormientem, vel coambientem occidit & spoliat, n. 28.
27. Nulla efficacior pestis est ad nocendum quàm familiaru inimicu.
29. Responsa Scabinorum Lipsensium.
30. Auxilium præstans in Latrocinio vel stans in excubiis illudque approbans, quàm pœnâ teneatur, n. 34.
31. Præstans auxilium ex proposito tenetur pœna ipsius delicti.
32. Latrocinii pœnâ plectendus est, qui latronem apprehendere potuit & tamen noluit.
33. In homicidio ex proposito, omnes tenentur pœnâ ordinariâ.
35. Identitas rationis idem jus facit.
36. Sententia Scabinorum Lipsensium, n. 37.
38. Latrocinium quomodo differat ab homicidio.
39. Num pœnam latrocinii incurrat, qui rem minimam ex latrocinio lucratur.
41. Responsa Scabinorum Lipsensium, n. 42, 43, 44, 45, 46.
47. Quid si latro nihil lucretur.
48. Sententia Scabinorum Lipsensium, numer. 49, 50.
51. Ob quodvis lucrum homicidium perpetratum est latrocinium, n. 52, 53, 57.
53. Latrocinii pœnam incurrit, qui aliquem occidit eo sine, quo cum ipsius vidua contrahat matrimonium.
54. Responsa Scabinorum Lipsensium, n. 56, 58.
59. Horrendum refertur latrocinium, n. 60, 61.
62. Sententia Scabinorum Lipsensium.
63. An & quando pœnâ teneatur latrocinii, qui in furto ab aliquo deprehensus eum occidit, numer. 67.
64. Responsa Scabinorum Lipsensium, numer. 65, 66, 68.
69. Quomodo Conatus in Latrocinio puniri debeat? n. 71, 72, 77, 78, 81.
70. Cogitationis pœnam nemo patitur.

73. *Examinatur opinio Nicolai Reusneri divortium faciendis à Scabinis Lipsensibus libr. 2. decis. 21. n. 74.*

75. *Intellectus Constit. Elect. 13. part. 4.*

PRæterea quoque exasperanda est pœna homicidij in crimine Latrocinij, quando cædes spoliî causâ committitur. Latrocinium namque vocamus illud homicidium, quo aliquem quis latenter & furtim per vim spoliatur, & spoliis nequaquam contentus insuper eum occidit.

Licet enim hoc vocabulum quandoque generalius usurpetur pro quâvis Rapinâ de prædatione seu Robbariâ, & latrones etiam appellantur grassatores seu Robbatores, qui in viis publicis sine hominis occisione furantur *Afflic. in cap. 1. §. publici latrones. n. 3. de pac. tenenda. In usibus feud. Hostiens. in summ. rubr. de condiç. furtiv. n. 5. vers. quod intelligas. Cyrill. in summ. crimin. part. 2. rubr. de privat. delict. §. 3. n. 4. Iodoc. Damhoud. in prax. crimin. capit. 102. Paul. de Castro in Auth. sed novo iure. C. de serv. fugit. Alii etiam latronem præsertim famosum appellant solùm eum, qui consuetus est furari. gloss. in dict. Auth. sed novo iure, in verb. castigatio C. de serv. fugitiv. Bartol. in l. capitalium. §. famosos. in fine vers. quare quis dicatur famosus latro. ff. de pœn. Didac. Covarr. variar. resolut. lib. 2. capit. 9. n. 7. vers. dicitur autem latro famosus. Dom. Card. Tusch. præc. concl. in verb. latro, conil. 5. 4. nu. 1. Petr. Gregor. syntag. iur. lib. 37. cap. 2. rubr. de pœn. extraord. furt. nu. 3. vers. post tria furtiva autem &c. Nicol. Reusn. l. 1. decis. 16. n. 20.*

In specie tamen & propriè Latrocinium appellatur homicidium cum spolio seu Rapinâ commissum; Et Latrones præsertim famosi dicuntur ij, qui homines per vim in domibus vel viis publicis aut privatis, suis rebus spoliant, & spoliis non contenti mortem inferunt recusantibus bona sua relinquere, vel iis, à quibus se cognitos propalandos existimant. *Iodoc. Damhoud. in prax. crim. C. 86. nu. 1. & 2. Tiber. Decian. in tract. crim. lib. 9. c. 29. n. 18. Prosp. Farin. part. 7. oper. crim. quæst. 165. nu. 1. 13. Angel. in Auth. sed novo iure. n. 3. G. de serv. fugitiv. Iacobin. de S. Georg. n. 6. Capoll. ibid. n. 53. vers. item quidam dicuntur plusquam improbißimi fures. &c. n. 102. vers. item illi qui cum inite fectione. &c. nu. 103. vers. aut furatur cum interfecione &c. Alber. in l. capitalium §. grassatores. n. 1. post med. ff. de pœn. Iacob. Boulen. in repet. l. capitalium. §. famosos. n. 18. ff. eod. Illi verò qui in strata publica furantur sine interfecione, propriè dicuntur Grassatores sive Robbatores. *Angel. in dict. Auth. sed novo iure. nu. 7. vers. quidam verò appellantur. Iacob. de S. Georg. n. 5. præc. Corrad. rubr. de latronibus. nu. 3. Iacob. Boulen. dict. loco n. 18. vers. 3.**

Hocque ipsum probat Iodoc. Damhoud. dict. c. 86. octodecim iuribus & textibus. Quorum præcipua sunt I. in l. capitalium. §. famosos. ff. de pœn. in verb. Cognatis & affinibus interemptorum, &c. Et in verb. Quo latrones homicidia fecissent &c. 2. in l. si ut allegas. C. ad Leg. Corn. de sicar. ubi dicitur: Si ut allegas latro inantem peremisti dubium non est, eum qui inferenda cadu vo-

76. *Sententia Scabinorum Lipsensium. n. 79. 80. 82.*

83. *Quando in attentato Latrocinij pœna ordinaria Rota locum habeat. n. 84. 85. 90. 91.*

86. *Sententia Scabinorum Lipsensium. n. 87. 88. 89.*

litate præcesserat, iure casum videri. 3. in c. susceptimus. extr. de hom. ubi Latrones dicuntur homines affligere non solùm in bonis, sed etiam in personis. 4. in cap. cum homo 23. quæst. 5. ubi dicitur Latronem homines occidere nocendi cupiditate, vel injustè aliquid auferendi. 5. in l. divus ff. ad Leg. Pompei. de parricidis, ubi habetur: Quod si quis filium cum Novercâ adulterantem occiderit, magis Latronis, quam Patris iure interfecisse videatur, nam patria potestas in pietate, non in atrocitate consistere debet. 6. in cap. admonere. 33. quæst. 2. ubi notabiliter traditur, eum qui occidit uxorem, eam occidisse more Latronum 7. l. itaq. ff. ad Leg. Aquil. ibi: servum tuum Latronem insidiantem mihi &c. 8. in cap. est iniusta. 23. quæst. 4. dum ibi dicitur, si quis Latronem absolvendum putat, innocentes tradit exitio, qui liberat multorum exitia cogitantem. 9. In iure divino, Marc. 15. habetur, quòd Barrabas homicidium commiserat. Et Luc. 23. quòd propter seditionem & homicidium missus fuerat in carcerem Et Ioh. 18. quòd erat Latro. Et in Act. Apost. 3. Vos sanctum & iustum negastis. & petistis homicidâ vobis donari. 10. in Ezech. 18. ibi: Quod si genuerit filium Latronem effundentem sanguinè, non vivet, cum universa hac detestanda fecerit, morte morietur, sanguis ejus in ipso erit &c.

Ex quibus textibus luculenter demonstratur, **6** latronum propriam esse homines occidere, & latrones dici eos, qui hominibus insidias struunt, eosque subdolè necant, adeoque solam rapinam seu Robbariam Latrocinium propriè non esse, Cum quo convenit etiam Ius Saxonicum, quod Latrones vulgò Mörder appellat eos, qui pecuniæ seu spoliij causâ homines interficiunt, *gloss. in art. 13. l. 2. Landr. in verb. Die einen Mann &c. ibi: Etliche ermorden die Leute um Geldes oder Gutes willen / iud mit wohlbedachtem Muth / diese sind rechte Mörder / und von denen sagt er hie &c. Reliqui verò qui homines tantum modò spoliant, ipsisque bona sua in viis publicis auferunt dicuntur grassatores, prædones seu Robbatores, vulgò Räuber dict. *art. lib. 2. Landr. in verb. Die einen Mann schlagen und fahen oder rauben / &c. Vid. infra p. 2. q. 90. n. 3. & seqq.**

Quia verò Latrocinium hoc multò nocentius ac gravius est homicidio, *Auth. sed novo iure. C. de serv. fugitiv. Tiber. Decian. dict. c. 30. nu. 13. Damhoud. dict. cap. 86. in pr. Abb. consil. 25. n. 1. in fin. vol. 1. ideoque etiam graviori pœnâ cõtendendum est. De iure quidem Civili Latrones furcâ suspenduntur, l. capitalium. §. famosos ff. de pœn. ubi gloss. in verb. grassati. & Iacob. Boulen. n. 20. & seqq. gloss. in Auth. sed novo iure, in verb. castigabitur. vers. nisi sit publicus Latro. C. de serv. fugit. Capoll. n. 104. & 106. Prosp. Farin. part. 7. oper. crim. q. 167. n. 89. Hostiens. in summ. rubr. de condiç. furt. n. 5. Sed hodiè circa pœnam Latronum cõsuetudines Regionum admodum variare videmus. *Iod. Damh. dict. c. 86. n. 7. & 8. Covarr. var. resolut. l. 2. c. 6. n. 7. vers. nisi fuerit famosus latro, Iacob.**

Iacob. Menoch. de arbitr. jud. quæst. l. 2. cas. 295.

n. 14.

8
Q. 1 Quo-
modo in
Germaniâ
& terris
Saxoniciis
Latrones
puniuntur?

In Germania, & præsertim in hisce terris, Latrones supplicio Rotæ afficiuntur. Idq; manifestum i. ex Ordin. Crim. Carol. Imper. art. 130. in verb. Der sol einem fürgesetzten Mörder gleich mit dem Rade zum Tode gestrafft werden/ &c. Et art. 137. §. 1. in verb. Und also daß der Gewonheit nach / ein fürsetzlicher Muthwilliger Mörder mit dem Rade gestrafft werden sol &c.

2. Cum hisce textibus convenit ius Saxon. art. lib. 2. Landrecht / ibi: Alle Mörder und die den Pflug berauben/oder Mühlen/oder Kirchen/oder Kirchhöffe / und Beräcker / und Mordbrenner / oder die ihres Herren Vottschaft werben zu ihren frommen/oder von eines andern wegen/die sol man alle Radebrechen &c.

3. Idemq; exprimitur in *Const. Elect. 5. part. 4. in pr. ibi*: Solche sollen als Räuber mit dem Rade gestrafft werden. Vocabulo (Räuber) autem designari ibidem latrones qui homines necant & spoliant, ex ipso contextu manifestissimum est. *Dan. Moller ad dict. Const. 5. part. 4.*

4. Et in *Const. Elect. 35. part. 4. in fin.* in verb. Und wo zu solchem Raube an jemand eine Mordthat mit begangen / als dann (sol er) mit dem Rade gestrafft und geticht werden.

9 Vnde liquet. pœnam Rotæ Latrocinio præscriptam esse. *Matth. Coler. part. 1. decis. 185. Gloss. in dict. artic. 13. in verb. Alle Mörder / lib. 2. Landr. Nicol. Reinsl. l. 1. decis. 16. Matth. Brlisch. part. 4. concl. 9. n. 2. Schneidvvin. ad §. item lex Julia. nu. 3. Instit. de publ. iud.*

10 Hinc latronibus pœna Rota adiudicari solet quotidie à Scabinis in hunc modum: So möcht te gefangener wegen solcher an N. N. begangenen Mordthat und Beraubung mit dem Rade vom Leben zum Tode gestrafft werden B. N. W. Veluti ita responderunt ad Consultationem Quæstoris Nobilitatis à Botsfeld / Mens. Sept. Anno 1582.

Paul von Zischwitz / zu Arnsdorff / Mens. Octobr. Anno 1582.

Ad requisitionem Quæstoris Weidensis, Mens. August. Anno 1583.

Præscti in Welhausen / Mens. Mart. An. 1584.

Quæstoris Dresdensis, M. Ian. Anno 1585.

Quæstoris Zwickaviensis, Mens. Septembr. Anno 1595.

Quæstoris in Blauha / M. Ian. Anno 1598.

Quæstoris Lipsensis, M. Nov. Anno 1599.

Ad requisitionem Quæstoris in Kammelburck / Mens. Decemb. Anno 1603.

Consulum & Senatui in Croffen / Mens. Maj. Anno 1605.

Ad consultationem Quæstoris in Finsterwalda / Mens. Iun. Anno 1606.

Præscti Offitensis, Mens. April. Anno 1608.

Quæstoris Sangerhusani. Mens. Martio, Anno 1610.

Quæstoris in Freyburg / Mens. Octob. An. 1612.

Quem modum pronuntiandi etiamnum hodie sequuntur.

11 Sed, quam causam exasperationis pœna in crimine Latrocinij? Certè quod contra jus commune, quod furcarum pœnam Latronibus imponit, supplicium Rotæ introductum fue-

rit, id factum ex ratione urgentissimâ, eâque duplici:

Primo: Quia Latro duplex delictum committit, homicidium nempe, & Rapinam; quò fit, ut latrocinium homicidio simplici longè gravius atque atrocius sit, adeoque & severiori pœnâ coercendum, quemadmodum delicti huius atrocitas haud obscurè colligi potest, ex *l. divus ff. ad Leg. Pomp. de parricid. & c. non est crudelitas. 23. quæst. 5.*

Secundo: Quòd in latrocinio homicidium semper committatur, sub spe lucri alicuius vel spoli; gravius autem puniendum esse homicidium ob tpe pecuniæ vel lucri perpetratum, quàm aliud quodvis simplex homicidium, vincitur ex *l. Cicero. ff. de pœnis*, ubi habetur, quòd mulier quæ fecit abortum propter pecunias sibi datas ab aliis heredibus & substitutis, teneatur pœnâ mortis; si verò fecerit abortum non pecuniis sed odio mariti, vel ex aliâ causâ, mitius puniatur, veluti pœnâ exilii. *Felin. in c. si aliquis de homic. Bartol. in l. non solum. §. si mandato. ff. de iniur. col. 3. n. 14.* Et expressè probatur hæc ratio in *Const. Elect. 5. part. 4.* quæ Rotæ supplicio eos, qui ægros interimunt, ac postea obvia quæq; furantur, alios verò, qui solum necant ægros & nihil furantur, gladio puniri jubet. Nequaquam enim, excusanda est malitia istius, qui corruptus pecuniæ spe hominem necare, & crimen tam atrox committere audeat, licet parcendum sit aliquo modo ei, qui præterdens vindictam & iniuriâ sibi factâ vel irâ, vel odio delinquit; quia vix potest quis dolorem proprium temperare, & homo incensus irâ vel propria offensa non dicitur in plenitudine intellectus. *Anton. Gomez. variar. res. sol. tom. 3. c. 3. n. 10.*

Hæc q; causa est, quòd interventus pecuniæ regulariter aggravet delictum, pœnamq; augeat. *Bartol. d. l. non solum. §. si mandato n. 14. ff. de iniur. Salices in l. non ideo minus. n. 36. vers. veruntamen inquit. Doctores. C. de accusat. Alber. in l. qui sepulchra, in pr. C. de sepulch. viol. Gramm. vos. 9. n. 1. in fin. Carrer. in præf. in 3. tract. de homicid. & assass. §. circa igitur tertium n. 36. Iodoc. Damhonder. in præf. crim. c. 38. n. 4. Prosp. Farinac. part. 5. oper. crim. quæst. 132. n. 5. Cyrill. in summ. rubr. de publ. iudic. §. 6. num. 11. in fine. Iacob. Menoch. de arbitr. iud. quæst. lib. 2. cas. 357. n. 14. Brun. à Sol. in quæst. legal. quæst. 34. n. 1. in fin.*

13 Quod si quis regerat, intentionem Latronum non esse principalem ut occidant, sed tantum ut deprædentur res & bona; Etenim quando non resistentes spoliant, parcunt vitæ, vel si in pauperes incidunt, illis sunt innocui juxta illud *Satyrici*: *Cantabit vacuum coram latrone viator.* Et refert *Plutarch. in Aristippo*, cum navigans intellexisset, navim piraticam adesse, statim deprompsisse aurum ac numeratè cepisse, moxq; in mare dejecisse, atque ingemuisse altâ voce, tanquam si imprudentia decidisset, atque ita hoc commento vitæ suæ consuluisse, adempta piratis occidendi vincendiq; materiâ, hac dicta sententia: *satius est, ut hac propter Aristippum, quàm propter hac pereat Aristippus.* Huic respondeo, licet principalis intentio latronum ac Piratarum sit deprædatio, quæ quidem ipsa per se gra-

se gravissimum scelus est: attamen simul etiam Latrones intendunt mortem inferre recusanti bona relinquere, vel eia à quo se cognitos & propalandos existimant. *Tiber. Decian. in tract. crim. lib. 9. cap. 30. num. 18.* Et non raro latronum intentio principalis hæc est, ut prius occidant etiam non resistentes, imò quandoque dormientes, quò liberior ac tutior sit potestas & facultas spoliandi.

14 Et hæc apparet, in quonam qualitas Latrocinii consistat, quidq; propriè Latrocinium constituat; Nimirum homicidium lucranda pecuniæ causâ alteriusve rei commissum. Quamvis enim Nicolaus Reusner. *libr. 1. decis. 16. numer. 20.* existimet, pœnam Latrocinii tunc demum habere locum, si depraedatio & caedes fiat à Latrone publico famoso, in quo hæc tria concurrant: *Primò*, quòd solitus sit depraedari. *Deinde*, quòd cum ferro aggressus sit. *Tertiò*, quòd in viis publicis hoc fecerit. Quibus præterea à nonnullis adjicitur. *Quartum* illud, quòd nempe publica fama contra eum laboret, ut tradit *Bartol. in l. capitalium, 28. §. famosos. ff. de pœn. quem sequitur Alexand. consil. 110. num. 6. vol. 4. lafon. in §. ex maleficiis. num. 5. & seqq. Instit. de act. Paris. de Puteo in tractat. de syndic. in verb. Latro cap. 2.*

15 Hoc tamen ab eo non probatur, & contrarium apparet ex textibus supra adductis, quibus pœna Rotæ definita est iis, qui homines necant & simul spoliant: quod cum quovis loco, quibusvè armis fieri queat, etiam ab iis qui antea depraedari soliti non fuere, utique & pœna Rotæ obtinebit in Latrocinio quovis, absque respectu personæ delinquentis, loci, & armorum, quibus commissum fuerit. Et quis negabit Latrocinium committi ab eo, qui antea delicto eiusmodi se non contaminaverit, cum propter reiterationem Latrocinii severiori pœnæ, nempe ustulationi ferri candentis Reus subjiciend^o sit: prout dicitur *quæstione subsequenti*. Imò quosvis Latrones, qui unâ cum spoliis homines occidunt, famosos esse, dictum fuit *supra n. 3. lodo. Damhoud. in prax. crim. cap. 86. num. 2. Angel. in Auth. sed novo jure. n. 8. C. de serv. fugit. Capoll. ibi. num. 53. vers. item quidam dicuntur plusquam improbissimi fures &c. n. 102. vers. item illi qui cum interfectione &c. lac. Boulen. in repet. l. capitalium §. famosos, n. 18. ff. de pœn.*

16 Neque etiam ratio habenda armorum & loci in Latrocinio! Non minus enim delinquit, nec mitiori pœna afficiendus est qui ligno, quâ qui ferro hominem necat; Et appellatione armorum, quibus absque dubio latrocinium æquè ac homicidium ex proposito perpetratur, comprehenduntur omnia tela, ut fustes, lapides non solum gladii, hastæ, & frameæ *l. 3. §. armis deiectum ff. de vi & vi armat.* Armatos quoque non tantum eos accipere debemus, qui tela habuerint, sed & eos qui habent aliquid quod nocere potest, *l. armatos, ff. ad Leg. Jul. de vi publ.*

17 Nec refert, quo in loco quis alium occiderit, cum, uti in aliis delictis, ita etiam in homicidio ac latrocinio non locus, sed animus & propo-

tum delinquentis maximè considerari debeat, *l. qui iniuria, in pr. ff. de furt. l. 3. §. si quis dolo. ff. de t. q. b. exhib. l. 1. C. de sicar. Tiber. Decian. in tract. crim. lib. 9. c. 27. n. 6.*

Millis ergò requisitis iis latrocinii, quos tradit Nicolaus Reusner. *dict. loco*, verissimum manet, Latrocinium committere, ac supplicio Rotæ teneri omnes, qui aliquem spe consequentem de pecuniâ alteriusve rei occidunt, quemadmodum & latrocinium definiri potest. Homicidium spoliis seu lucri causa commissum. Quæ definitio haud obscurè colligitur ex *gloss. germ. art. 13. Landrecht. libro secundo* in verb. *Alle die einen Mann/vers. etliche ermorden die Leute um Geldes oder Gutes willen und mit wolbedachtem Muth/ diese sind rechte Mörder &c.*

Quæ definitione positâ, licet de crimine Latrocinii judicare haud difficilè sit, Attamen, quum in pœnis ante omnia natura & qualitas cujusq; delicti accuratè & diligenter considerari debeat, ut graviter & prudenter monet Bald. *in cons. 443. lib. 3.* inquit, uniuscuiusq; criminis titulum imprimis investigandum atq; cognoscendum esse, siquidem cognito nomine criminis, lex cognoscitur, lege autem cognita, cognoscitur pœna *l. 2. §. ubi cumq; ff. de crim. stellon.* Ideoque pro explicatione huius Regulæ exactiori notabilia quædam subjiciam.

Primò: Et si Nicolaus Reusner. *lib. decis. 16. numer. 20.* existimet, latrocinium perpetrari solû in viis publicis, si nempe quis in strata publica aliquem adoriatur, occidat, eumq; postea spoliat; Nequaquam tamen huic assentiri possum, sed statuo potius cum *Iodoc. Damhoud. in prax. crimin. cap. 86. num. 1. & 2. & Prosper. Farin. part. 7. oper. crim. quæst. 165. num. 11. 12.* quovis in loco latrocinium committi, non solum in viis & sylvis, sed etiam in domibus seu ædibus privatis, modo quis alterum spe consequendi lucri interficiat, adeoque si quis alterius ædes ingreditur, & vel dominum ædium, aliumvè in domo ista habitantem occidat depraedandi causa, vel etiam, si quis aliquem ceu hospitem in domum suam recipiat, ac postea jugulet spoliandi gratia, certè eiusmodi Iatronem non minus supplicio Rotæ puniendum esse, puto, ac quem vis alium necantem viatores in sylvis aut viis publicis.

Primò: Quia textus suprascripti in *Ord. Crim. 20. Imper. Carol. V. Jure Saxon. & Const. Elect.* Latrones quosvis indistinctè & generaliter supplicio Rotæ subjiciunt. Iam verò Latrones etiam dicuntur, qui aliquem in domo sua jugulant, ac postea omnia, quæ ibi reperiuntur rapiunt atq; furantur. Nam & ab his hæc homicidium spoliis causa committitur, quod nil aliud est, quàm Latrocinium secundum prædictam definitionem Latrocinii, *gloss. in art. 13. in verb. Alle Mörder lib. 2. Landr.*

Secundo: Per *Constit. Elector. 5. part. 4. in pr. 21* ubi expressè disponitur, Vespillones, aliosve, qui peste infectos & in extremis laborantes occidunt, & obvia quæq; furantur, non secus ac Latrones publicè grassantes rotæ supplicio affici-

dos esse; Quamvis autem hæc Constit. loquatur solum de ægrotis peste infectis generaliter tamen extendenda est ad omnes eos, qui in ædibus spoli causa necantur, cum delictum homicidii & latrocinii non tam æstimandum sit ex personâ occisi, quàm ex animo & proposito occidentis, *Tiber. Decian. in tractat. crimin. lib. 9. c. 27. numero sexto.* Neque ratio huius Constitutionis in eo consistit, quod ægroti hoc modo occidantur, sed potius, quod homicidium una cum spolio committatur, ut apparet ex §. *subseq. Da sie aber ic.* ubi sancitum, Vespillonnes aliosvè, qui ægrotos tantum occiderunt, nec quid furati fuerunt, pœna gladii plectendos esse.

22 *Tertio:* Si maximè locus delicti perpetrati in crimine Latrocinii considerandus est, certè non minus atrox & horrendum erit homicidium spoli causa perpetratum in domo privata, atq; sylvâ aut viâ publicâ, ob securitatem & religionem ædium violatam; cum domus cuique sua tutissimum sit refugium atque receptaculum, l. 18 ff. *de in ius vocando.* Imò nihil sanctius, aut omni religione munitius esse, quàm domum uniuscuiusq; civium, ait M. Cicero in *Orat. pro domo sua, & Xenophon libro septimo Cyropæd Mart. Dobb. in reperi. lit. D. p. 171.* Atrocius autem redditur hoc delictum, si Dominus ædium hospitem suum occidat & spoliat, ob violatum jus hospitii, & conspirationem in ædem eius, quem defendere debuit, ut perinde haberi illud debeat, ac si in sylvâ aut viâ publicâ quis occisus sit, teste ipso Nicol. Reufin. *diçt. decif. 16. numero 38.*

23 *Atque iuxta ea, pœna Latrocinii, Rota nimirum à Scabinis fuit dictata non solum his, qui in ades alienas irruentes, vel etiam clam ingressi inhabitantes necarunt, ac obvia quaque furati fuerunt, sed & iis qui hospites pariter activos & passivos amicè se recipientes vel in hospitium suum receptos nil minus suspicantes occiderunt ac spoliarunt.*

Veluti sic pronunciatum nach Salga an Bûrgermeister und Rath / Mens. Julio, Anno 1584.

Ad requisitionem Quæstoris Sangerhusani, M. Martio, Anno 1585.

An Richter und Schöppen zu Freyburg / M. April. Anno 1587.

Ad consultationem Præsidi in Hohenstein / M. Maio, Anno 1587.

Quæstoris in Salga / M. Maio, An. 1597.

Quæstoris Dresdensis, Mens. Nov. An. 1603.

Ad requisitionem Iudicis oppidani VVeissenfelsens, M. Octob. 1603.

Quæstoris in Salga / M. Aug. Anno 1604.

Ad consultationem Quæstoris VVutebergensis, M. Octob. Anno 1606.

Versus Biehe an Landrichter / Mens. Septemb. Anno 1607.

Ad requisitionem Quæstoris Misnensis, Mens. Febr. Anno 1610.

Senatus Sangerhusani, M. Mart. An. 1610.

Iudicis Oppidani in Freyburg / Mens. Januar. Anno 1611.

Versus Plauen an Landrichter / M. Maio, Anno 1613.

Versus Eichen / Ad Quæstorem, M. Iul. An. 1615

Ad eundem, Mens. Aug. An. eodem.

Ad eundem, Mens. Octob. Anno eodem.

Versus Schwarzenberg / Ad consultationem G. à C. Mens. Sept. An. 1616.

Ad requisitionem Senatus Misnensis, Mens. Jul. Anno 1621.

Quæstoris in Rossen / M. Aug. A. 1624.

Minus autem dubium est, hac pœna teneri Vespillonnes ægrotos & lue infectos in domibus suis necantes atque spoliantes, per supra allegatam *Const. Elect. 5. part. 4. in pr.*

Quæ admodum etiam Vespillonibus pœna Rota dictata fuit: Ad consultationem C. à D. Mens. 25 Aug. An. 1582.

Prætoris Lipsens. M. Sept. Anno 1582.

Secundò: Latrones quoq; sunt, ac Latrocinii pœnam incurrunt, non solum, qui in sylvis vel alibi iuxta itinera publica viatores expectant, eosq; offendunt, necant atq; spoliant, sed etiam qui amicitiam simulantes, secum amicè cohabitantes, dormientes, vel in viâ socios coambulantes occidunt spoliandi ac rapiendi animo.

Tum quod gravius videatur hoc Latrocinium reliquis, tanquam proditoriè & cum alevosia commissum, quod naturalem defensionem tollit offenso, cum ab eo nequeat præcaveri, eò, quod non esset inimicus, l. *propter insidias C. qui accus. non poss. l. 4. ff. ad Leg. Iul. maiest. l. fin. C. de delat. lib. 10. cap. si cupis. 6. qu. 1. cap. Clericus, dist. 45.*

Etnulla efficacior pestis est ad nocendum, quàm familiaris inimicus, Anton Gumez *variar. resolut. tom. 3. cap. 3. num. 5.* Hinc Lucas de Penna: *ò quàm crudelia & mortifera sunt, inquit, iacula proditoris, vix enim erit, aut nusquam, qui sibi possit ab eius ictibus præcavere, & mores eius sunt signa fidelitatis & amicitia ostendere, suavia & dulcia verba proferre, exterioremque amicitiam in omnibus actibus significare, unumque in mente gerit, & aliud contrarium verbis atque actibus ostendit, in dist. l. fin. C. de delator.*

Tum, quod textus pœnam Rotæ Latronibus imponentes in *Ordinat. Crim. iur. Saxon. & Const. Elect.* loquantur generaliter de Latronibus, adeoq; de iis etiam, qui amicitiam ac societatem fingunt, odium autem venenosum in corde alunt.

Et probè sunt ponderanda in *artic. 15. lib. 2. Landr.* verba hæc. *Alle Wörder;* Notum autem est, quod qui universaliter affirmat aliquid, dicendo *Omnis*, aut *Totum*, nihil videatur excludere, & si Romanorum i. circa med. vers. dicendo *verò omnia dist. 19. l. Iulianus 68. in pr. ubi Bartol. ff. de legat. 3. Panorm. in 6. quoniam fin. n. 15. ext. de præscript. Tiber. Decian. cons. 57. n. 12. vers. qui enim omne dicit & c. lib. 1. Jacob. Schult. in addit. ad Most. Pistor. part. 4. q. 31. n. 30.*

Prout responderunt Scabini an Paul. Kindlern von Zackenstein / zu Neuen Zella / Mens. Aug. Anno 1597.

Ad requisitionem Quæstoris Voigtsbergensis, M. Decemb. 1610.

Quæstoris Saltzensis, M. April. An. 1611.

26

Secundum
Notabile.

An Caspar ond Dieterich Ludwig Goldacker / M. April. Anno 1616. Ad requisitionem Quaestoris Grimmensis, Mens. Mart. An. 1617. Quaestoris Zwickaviensis, Mens. Decembr. Anno 1617.

vers. unde cum non sit. extra de translat. Episc. Andr. Tiraq. in reg. cessante causâ. part. 1. n. 168. Modest. Pistor. cons. 16. n. 13. ibi: vulgariissima enim est juris regula &c. libr. 1. Matth. Coler. de process. execut. part. 4. cap. 1. num. 38. Tum, quia Latrocinium est gravius delictum quam furtum, adeoque; eò magis puniend⁹ erit opem præstans in Latrocinio, quam in crimine furti.

30 Tertium Notabile.

Q. III.

Qua pœna teneantur auxiliium præstantes in Latrocinio, illud approbantes vel stantes in excubiis?

Tertio: Latrocinium non solum committitur, qui manu propria aliquam necat & spoliat, sed & qui auxiliium & opem præstat Latroni stando in excubiis, ut & is, qui in crimen istud consentit, illud approbat, & de spolio participat; Talis enim æquè latro est, & latrocinii pœna tenetur, perinde, ac si manu sua occidisset ac spoliasset.

Primò: Quia præstans auxiliium & opem in aliquo delicto ex proposito & præcedente tractatu, tenetur pœna delicti istius ordinaria. Iacob. Boulen. in repet. l. capitalium. §. famulos. n. 104. ff. de pœn. Hyppol. de Marsil. in l. si in rixa n. 29. vers. & idè scias. ff. ad Leg. Cornel. de sicar. Prosper. Farin. part. 5. oper. crim. quæst. 131. n. 1. Blanc. in pract. crim. in §. postquam vidimus. n. 4. fol. 118. & n. 5. fol. 119. Petr. à Plach. in Epit. del. lib. 1. c. 17. n. 20. l. Clar. in pract. §. fin. quæst. 90. n. 1. Ubi relatis aliorum opinionibus concludit, quod quando auxiliium fuit præstitum, accedente consensu vel scientia ipsius auxiliatoris, auxiliator sit puniendus ordinariâ pœnâ.

32

Secundo: Tenetur pœnâ Latrocinii, qui Latronè apprehendere potuit & noluit. l. 1. §. 1. ff. de receptat. ibi: in pari causâ habendi sunt, qui cum Latrones apprehendere possunt, pecunia acceptâ vel surreptiorum parte dimiserunt &c. ubi gloss. Vital. in rubr. de receptat. §. fur. num. 2. Carr. in pract. in 3. tract. de homicid. & assass. §. post verb. malefictum. num. 39. Foller. in pract. crimin. in verb. Banniantur. n. 24. Multò magis ergò tenebitur pœna eadem, consentiens in latrocinium ipsum, & auxiliium præstans.

33

Tertio: Quia in homicidio ex proposito & præcedente tractatu commissio, omnes tenentur pœna ordinaria, sive vulneraverint & occiderint omnes, sive unicus tantum. gloss. in l. si in rixâ. in vers. n. m. si ex proposito. ubi etiam Bartol. num. 1. & Hyppol. de Marsil. n. 3. ff. ad Leg. Cornel. de sicar. Cyn. in l. quoniam multa. num. 7. in fin. C. ad Leg. Jul. de vi publ. Felin. in cap. significasti n. 10. ext. de homicid. Prosper. Farin. part. 3. oper. crimin. quæst. 169. n. 72. Blanc. de indic. num. 226 & seq. Gandin. in tit. de homicid. n. 12. in fin. Latrocinium verò species homicidii est, adeoque etiam de latrocinio tenebuntur omnes, qui delicto interfuerunt, illudque approbarunt, & de spolio participarunt; licet non omnes manus admo-verint.

34

Quarto: Per Constit. Elect. 39. part. 4. ubi fancitum, quòdis, qui sociis suis furtum committentibus, in excubiis fuerit, & delicto perfecto, ex rebus surreptis tantum participaverit, quantum ad pœnam mortis dictandam sufficit, non minus ac socii, laqueo puniri debeat, etiamsi in ipso furto manum non admo-verit; si ergò hoc juris est in furto, utique etiam in Latrocinio idem obtinebit: Tum, ob identitatem rationis, quæ idem jus facit, l. illud. 32. ff. ad Leg. Aquil. l. his solis. 7. §. actionem. 2. C. de revoc. donat. c. inter corporalia. 2.

Ideoq; pœna Rota fuit dictata his, qui aliis latrocinium committentibus, interea fuerant in excubiis & de spolio participaverant; Ad consultationem Quaestoris Zwickaviensis, Mens. Febr. & Mart. Anno 1596.

Ad requisitionem Senat⁹ Delitiani, Mens. Decembr. Anno 1613.

Similiter fuit adjudicatum supplicium Rota C. 37

B. consentienti in latrocinium a sociis suis commissum, & participanti de spolio 5 florenos: So möchte er wegen solcher Mordthat vnd Beraubung/ weil er vff die gemachte Vergleichung vnd Vereinigung seinen Willen vnd Jawore darzu geben/ daß sie Leute ermorden/berauben /vnd ihme von dem Straffenraub seinen Antheil geben sollen/ den er auch hernach bekommen / vnd eben so viel darbey gethan/ als wann er solche Mordthat selbstem au ihme verüben vnd verdringen helffen / weil er der Vergleichung/ vnd daß er davon participiret vnd seinen Antheil genommen / vnd also desj Straffenraubes/ so wohl als die andere beyde genossen/ geständig/ er auch ohne allen Zweifel diese Mordthat neben seinen beyden Gesellen selber verüben wöllen/wann sie ihme nicht zuvor kommen / weil er in seiner Ehrigichte vnter andern dieses bekandt/ daß er nach gemachter Vereinigung seinen Weg nach dem Holze zu genommen/ in Gemüth vnd Meinung seine beyde Gesellen daselbst anzutreffen/ mit dem Rade vom Leben zum Tode gestrafft werden B. R. W. Ad consultationem Quaestoris in Freyburgt / Mens. Jan. Anno 1613.

Eadem pœna fuit dictata consentienti in Latrocinium & participanti de spolio, licet is manus non admo- visset; Ad consultationem Quaestoris Sangerhusani, Mens. Febr. Anno 1621.

Et in casu ferè simili; Ad requisitionem ejusdem Quaestoris, Mens. Majo. Anno 1630.

Quaestoris VVaidensis, Mens. Febr. Anno 1595.

Præstis in Emdorff / Mens. Majo. Anno 1619.

Quarto: Notandum bene, quòd Latrocinium definiatur homicidium, spoliū seu lucri causa commissum; unde constat, Latrocinium esse homicidium ac perfici occisione alterius non rapina, licet intentio occidentis sit directa ad spoliū seu lucrum, in quo differt à simplici homicidio, in quo nulla prorsus habetur ratio præmii aut lucri.

Hinc apparet, parum interesse, quidnam latro ex spolio consecutus aut lucratus sit, non minus enim supplicio Rotæ afficiendus deprædator rei minimæ, ac is, qui ex Latrocinio perpetrato ingens commodum habet, & plurimum lucratur.

Tum, quia, ut dictum, Latrocinium perficitur occisione alterius cum intentione spoliandi, non minus autem occidit Latro, nec minori proposito ac intentione spoliandi, qui nil aut parum lucratur ex deprædatione, quam qui ingens spoliū aufert, quod quærit & appetit quivis Latro, qui spe consequendæ pecuniolæ alicujus homicidium committere

35

aditionem, 2. C. de revoc. donat. c. inter corporalia. 2.

36

Notabile.

Q. IV.

An pœnâ Latrocinii sit plenior, qui rem minimam lucratur?


38

Quartus

Notabile.

39

non



non veretur, licet non semper voti sui compos fiat.

40 Tum, quod pecunia & spes lucri hoc delictum enorme reddat, non etiam quantitas aut qualitas spoli. Bald. in l. non ideo in pr. de accusat. Pannorm. in cap. at si Clerici. ext. de judic. Iodoc. Damboud. in prax crim. c. 83. n. 4. Jacob. Menoch. de arbit. judic. quæst. lib. 2. cons. 357. n. 14. Brun. à Sol. qu. 34. n. 1. in fin.

Tum, quod gravius peccet, qui ob spoliolum ac lucrum minimum tantum facinus perpetrare ausus fuerit, quam si ingens spoliolum & commodum ex latrocinio ipsi accessisset.

41 Hinc fuit delata poena Rota, A.G. qui socio criminis adjuvante, quendam occiderat & spoliaverat 3. grossis & sexagenâ ovorum. Ad requisitionem Capitanei in Eügen / M. Jul. An. 1591.

42 Eadem poena fuit adjudicata H.K. ob commissum Latrocinium a: spolum 3. grossorum, 6. nummorum, & vestimentorum occisi; Ad requisitionem Quæstoris in Mülberg / Mens. August. Anno 1599.

43 Idemq. supplicium indictum fuit in casu, quo C.S. necando anum quandam 80. annorum in domo sua, 31. grossos & 4. nummos in marsupio ejus repererat. Ad consultationem Iudicis Oppidani in Freyburg / Mens. Jan. Anno 1611.

44 Simili modo fuit pronunciatum adversus P.B. qui ex latrocinio 6. grossos fuerat lucratus; Præfeco VVeissenfelsens. Mens. Aug. Anno 1612.

45 Idemq. supplicium Rota fuit indictum P.S. qui socium suum in stabulo secum dormientem occiderat, ipsumq. pileum unâ cum duobus nummis abstulerat, An die Landherm des Rathes zu Leipzig / Mens. Martio An. 1619.

46 Pariter pronunciatum Quæstoris in Drossen / quando H.G. ades a'rcnjus ingressus ipsum occiderat & spoliaverat adjuvante socio, de spolio autem non nisi florenum partem paverat, Mens. August. An. 1624.

47 Quinimò, si Latro nil profus lucretur, vel quod nihil participet de spolio, vel quod spoliolum nondum consumptum, repertum ac restitutum fuerit, nihilominus tamen ipsum supplicio Rote afficiendum esse intrepidè affirmo.

Vti namq. dictum, latrocinium dicitur homicidium spoliolum seu lucri causa commissum. Sufficit ergò, si latro occidat spe lucri, licet nil lucretur. Prout etiam advertit gloss. in artic. 13. libr. 2. Landrecht / in verb. Die einen Mann ibi: Erstliche ermorden die Leute um Geldes oder Gutes willen / vñnd mit wohlbedachtem Muth / diese sind rechte Mörder / &c. Quæ verba solum respiciunt intentionem ac propositum spoliandi, non ipsum spoliolum, adeoque sufficit ut homicidium spe lucri perpetratum fuerit, spolio etiam non secuto.

48 Hinc supplicium Rota fuit impositum H.S. ob commissum Latrocinium, licet nihil profus de spolio participaverat; Ad consultationem Quæstoris M'nsensis Mens. Jun. Anno 1596.

49 Simili modo fuit pronunciatum in casu spoliolum recepti hisce formalibus: Hat V.H. bekant / daß er mit einem Boten von Brandfurch aufgangen / vñnd als sie sich vñnwegens nider gesetzt / vñnd der Bote entschlaffen / mit seiner Wehren denselben um den

Schalff hefftig gestossen / vñnd geschlagen / auch mit einem Messer in die Kehle geschritten / ihn vor Tode liegen lassen / vñnd ihm 100. Thaler / vñnd was er an Zehrung bey sich gehabt / genommen / ob nun gleich das Geld an dem Orte / dahin ers verstecket / wider gefunden vñnd zu rechte gebracht worden / der Bote auch noch zur Zeit an den Schâden nicht verstorben / da aber dennoch der Gefangene vff seinem Betânis nûß vor Berichte freywillig verharren / oder deß sonst wie recht erwiesen wûrde / So möchte er vñn wegen solcher an mehr erwachten Boten begangen vñnd bekandten gewaltsamen Beschädigung vñnd Beraubung mit dem Schwerdt vom Leben zum Tode gestrafft vñnd vff ein Rad gelegt. Vffn Fall aber der Bote nochmals an deme ihm zugefügten Schâden versterben wûrde / mit dem Rade vom Leben zum Tode gestrafft werden. B. N. W. An Paul Kindlern von Zackenstein vff Heingendorff / Clostervoigt deß Stiffts Newen Zelle / Mens. Augusto Anno 1597.

Pariter responderunt Scabini in puncto latrocinii, spolio non subsecuto: Hat W.H. bekant / daß er den Müller zu Sebenig am 5. Novembr. nächst verschieden nach Mitternacht um 2. Uhr / als er auffgestanden / vñnd die Mühle vorgelegt / vñnd zur Hinterthür wider ins Mülhhaus gehen wollen / mit einem Peile erschlagen / daß er vff der stätte tode blicben / wie dann evrem Bericht nach / als er vffgehoben / 13. Wunden / Stiche vñnd Schläge an ihm gefunden worden / vñnd hette solches darumb gethan / daß der Müller vor 8. Jahr: en ihm eine Maulschelle geben / welche er ihm so lang nachgetragen hette / vñnd daß er auch willens gewesen were ihn zu berauben / denn er gewußt / daß ein Tisch vñnd ein Kasten in der Stuben gestanden / darinnen er Geld zu bekommen vermeinet hette. Da er nun vff solchen gehalten Bekändniß vor öffentlichem gehegten peinlichen Halsgericht freywillig verharren / oder deß sonst wie recht überwiesen wûrde: So möchte er wegen solcher seiner begangenen vñnd bekandten Mißhandlung mit dem Rade vom Leben zum Tode gerichtet vñnd gestrafft werden. B. N. W. Ad consultationem Præfeci in Hohenstein / Mens. Novembr. Anno 1587.

Quintò: Notanda benè sunt in definitione Latrocinii verba hæc (lucri seu spoliolum causa) Quæ omnia generalia sunt, de quovis etiam lucro & commodo generaliter accipi debent, arg. l. lulianus, 68. in pr. ubi Bartol. ff. de legat. 3. Pannormis. in cap. quoniam, fin. numer. 15. ext. de prescrip.

Cujuscunque igitur rei consequendæ gratia quis alterum occidit, Latrocinium committere videtur. Lucrum enim vocabulum generale est, & accipitur pro omni accessione gratuita, l. actionum genera, §. actionum autem ff. de obligat. & actio. l. si cum dotem §. si pater ff. de solut. matrim. Et appellatione pecuniæ, cujus ratione Latrocinium committi, extra dubium est, veniunt omnia, quæ in patrimonio nostro sunt, sive sint res corporales, sive mobiles, sive soli, sive jura. l. 4. l. 5. l. 12 ff. de verb. signific. l. 20. §. 1. ff. de stipulat. servor.

Quinimò si quis aliquem occidat eo fine, quò postea cum ipsius vidua matrimonium contrahere queat, Latrocinium committi & poenam Latrocinii hoc casu obtinere puto. Et si enim conjux neque in patrimonio, neque in bonis sit, homicidium tamen à Latrocinio committitur commodi sui causa, qui non tantum alterius conjugem, sed & hoc medio bona ipsius ac commoda matrimonii concupiscit.

Et

Q. 5. Quid Latro ex Latrocinio nihil lucretur?

Quintò Notabile.

Q. 6. An Latrocinii poenam incurrat, qui occidit aliquem eo fine, quo cum ipsius vidua matrimonium contrahat?

- 53 Et quis inficias ire poterit, gravius delinquere ejusmodi Latronem, qui matrimonium alterius, seu vinculum indissolubile horrendo modo dissolvere audeat, quam qui bona alterius appetit; adeoque talis, si non graviori, pari tamen poena plecti potest.
- 54 *Quemadmodum Scalini pronunciare non dubitaverunt adversus M.L. induentes ipsi poenam Rota, propterea, quod occiderat quempiam eo sine, quo in ipsius viduare illa matrimonii inire posset. Ad requisitionem Quaestoris in Schlieben/ Mens. Aug. Anno 1619.*
- 55 Non solum autem Latrocinium committitur spe lucri praesentis, sed & si quis ob furtum & spolium antea actum aliquem interficiat; Veluti, si fur metuens à quodam furtum manifestari, illum occidat. Pariter enim delinquit occidens aliquem ob furtum & lucrum praeteritum, quam ob spolium praesens, & talis aequè homicidium committit lucri causâ, ac si aliquem necaret spe consequendi spolia.
- 56 *Veluti hoc casu dictata fuit poena Rota furi cui-piam, qui occiderat socium c. iminis, ne ab ipso furtum manifestaretur, Ad consultationem M. à S. vinda in Empach/ Mens. Jan. Anno 1609.*
- 57 Idemque obtinet in Latrocinio commisso ob spolium & lucrum futurum, Nam & tale homicidium spe lucri & consequendae pecuniae perpetratur, adeoque nullum dubium est, quin talis occisor poenam Latrocinii incurrat.
- 58 *Hinc quando H. G. à Q. tabellarium, in Sylva Dresdensi oxonerando in eum sclopetum, occiderat, & instrumentum obligatorium aliquo deferendum ipsi datum abstulerat, eoque postea exhibito 800 florenos à debitore acceperat, responderunt Scabini, eum seu Latronem supplicio Rota afficiendum esse; Ad requisitionem Quaestoris Dresdensis, M. Majo, Anno 1610.*
- 59 Huc etiam referendum illud facinus atrocissimum, quando Latrones (dictu certè horrendum) mulieres praegnantas adoriuntur, & disseccantes uteros, foetibus inde erutis manus absciunt, easque cera cooperiunt, & lychnos conficiunt, quibus in domo, ubi furari constituerunt, accensis, dormientes ibidem è somno suscitari non posse ajunt, quò tutius furari & obvia quaeque rapere queant. Hos certè Rotâ puniendos esse nullus dubito.
- 60 *Tum, quòd reverà ab iisdem Latrocinium committatur, quippe, qui mulierem disseccando, horribiliter eam occidunt, non aliâ intentione, quam ut ex foetus nondum nati manibus lychnos conficere, iisque ad furandum & rapiendum uti, atque tali medio aliquid lucrari possint; Adeoque spe lucri futuri homicidium ab ipsis perpetratur.*
- 61 *Tum, quòd hoc facinus per se horribilissimū ac atrocissimum est: Ob atrocitatem autem criminis iudex poenam benè aggravare potest. Bartol. & Dd. in l. hodie. ff. de poenis. Hyppol. de Marsil. in singul. 244. incip. trise illud & c. gloss. in art. 13. libro secundo. Landrecht. Martin. Dobb. in repert. jur. lit. D. fol. 153. Dan. Moller. 3. semest. 17.*

Ita pronunciatum fuit à Scabinis ad requisitionem Quaestoris in Wolckenstein: Hat M. W. in scharpffer Frage belandt / dafier benebenst seinem Gesellen / B. S. Eheweib vff der Strassen ermordet / vnd ins Wasser geschleiffet / dieselbe aber zuvor außgezogen, vnd ihr mit seinem Messer ein stück auß dem Halse vnd die lincke Brust abgeschnitten / sein Geselle aber mit seiner Art ihr den Leib auffgehawen / vnd das Eingeweide / Hertz / Lung vnd Leber herauß gerissen / in meinung / die Leibesfrucht darinnen zu suchen / von derselben die Händlein abzuschneiden vnd Lechlein drauß zu machen / damit sie ihre Dieberey desto besser vollbringen können / desgleichen die abgeschnitte lincke Brust einem Hunde freffen zu lassen / damit derselbe die Leute auff den Strassen anfallen sollen / vnd die solche desto besser fällen mögen / zc. So möchte er von wegen dero an oberwehntes B. S. Eheweib besangenen vnd belanten erschrocklichen Mordthat zur Fennstatt geschleiffet / vnd mit dem Rade vom Leben zum Tode gestrafft werden. B. R. W. Mens. Novemb. Anno 1605.

Et in casu simili Nach Merseburgk / In Küchenmeistern / Mens. Febr. An. 1608.

Ex hisce quoque apparet. Latrocinium committere eum, qui rapiendi solum animo aliquem aggreditur, postea tamen resistentem & reculantem bona relinquere occidit, vel si fur qui-piam in domo deprehensus ab aliquo, ipsum interficiat, quò furtum perficere & res furtivas auferre queat.

Et si enim ab initio intentio istius alia non fuerit, quam ut bona raperet, quia tamen in ipso actu furti seu depraedationis mortem infert reculanti bona relinquere, vel ei à quo se cognitum & propalandum existimat, idque non alio fine facit, quam ut res ablatas lucretur, & tutò ac absque metu retineat, dubitandum non est, furem ejusmodi Latrocinium perpetrare & poenam Rotâ plectendum esse.

Qua poena iudicata fuit furi cui-piam, qui in furto deprehensus ab ancilla, eam necaverat; Ad consultationem Caspari à Schönbergs in Dorstenstein / Mens. August.

Et quando G. I. Equos currui junctos per vim auferens, aurigam resistentem ictu sclopeti interfecerat, eum supplicio Rota puniendum esse, responsum fuit, Ad requisitionem Quaestoris in Döllsch / Mens. Mart. Anno 1625.

Pari modo pronunciatum in casu ferè simili; Ad consultationem M. Iohannis Engelharts / zu Schraplau / Mens. Jun. Anno 1626.

Quod tamen tum demum verum esse arbitror, si fur constreatur, se occidisse resistentem propterea, quò furtum auferre posset, de qua confessione ante omnia certò constare debet. Quod si verò fur necasset eum, à quo prehensus & detentus fuisset, non alio fine, quam ut vitæ suæ consulere, aufugere, & poenam furti evitare posset, idque ita in torturâ obtinuisset, hoc casu iudicem ipsi nequaquam supplicium Rotæ adjudicare posse, sed ejusmodi furem gladio solum, ob commissum homicidium puniendum esse, puto. Quia deficit intentio spoliandi: Non enim homicidium à fure lucri ac spoliij causâ, sed remisso animo furandi, eo solum fine, quò salvus & incolumis evadere posset, perpetratum fuit, adeoque istud nec Latrocinium est, nec poenam Latrocinij meretur.

68 *Quemadmodum etiam hoc casu furi cuiusdam H. B. in furto deprehenso occidit eum à quo detentus fuerat, pœna gladii dictata fuit, Ad consultationem Erasmi à Maltin / Mens. Nov. Anno 1628.*

Cæterum, quia crimen hoc atrocissimum est, non immeritò quæritur: *Quomodo conatus seu attentatum Latrocinii puniri debeat?*

69 Sanè, si propositum occidendi & spoliandi in animo solum subsistat, nullo prorsus supplicio coercendum erit, quia cogitationis pœnam nemo patitur. *l. cogitationis. 18. ff. de pœn. Tiber. Decian. cons. 18. num. 325. lib. 1. Jacob. Schult ad Modest. Pistor. part. 3. quæst. 130. n. 69. Schrad. de feud. part. 9. c. 2. n. 74. vers. quia clari juris est & c. Si verò propositum hoc in actum prorumpat, quod propriè attentatum vocari solet, nullatenus istud impunitum esse debet. Et si quidem delinquens ad actum solum remotum pervenerit, iudex attentatum hoc non pœna ordinaria, neque mortis supplicio, sed extraordinariè pro arbitrio puniri potest, juxta Ordin. Crim. Imper. in art. 178. vers.*

Aber in einem Fall härter dann im andern / angesehen Gelegenheit vnd Gestalt der Sachen / darumb sollen solcher Straff halber die Bretheller Rathspfleger & c. Iul. Clar. in pract. §. fin. q. 92. n. 2. circa fin.

70 Idque minus dubium habet: At, si deventum fuerit ad actum proximum & immediatum ipsi Latrocinio, difficilius est decidere, utrum attentatum hoc Latrocinii, aequè ac si crimen consummatum esset, pœnâ sit puniendum, nec ne? Veluti, si latro in via publica aliquem lethaliter vulneret, eumque, quem prorsus occisum esse putat, spoliat. Quemadmodum Nicol. Reusner. libro secundo. decision. 21. ejusmodi casum refert de pagano quodam, qui in via publica ad ortus Carrarium quendam, ex taberna metallaria frequenter argentum excoctum & in monetariam officinam transportare solitum, cæso eo ac lethaliter vulnerato, spe magnæ prædæ ponendæ, truncum utrumque tam minorem, quam majorem effregerat, in quo tamen ipse tunc nihil, nisi cupri adhuc rudis sex libras invenerat; Postea hac re à Carrario se iterum recolligente patefacta & Reo carceri mancipato, Ienenses de hoc casu consulti decreverunt, ei pœnam amputationis manus dexteræ, unâ cum perpetuâ relegatione provincie Saxonice dictandam esse.

71 Quod decretum Nicol. Reusner. dict. loco. repudiata sententia Dicastrii Lipsensis, à quo in eadem causâ pœna capitis Reo fuerat indicta, approbat, adducens rationes decidendi Ienensium in scripto ad Principem eas postulantem transmissio comprehensas, quarum præcipua est, quòd teste Iul. Clar. in pract. §. fin. quæst. 29. aliisque ICtis; de generali consuetudine in delictis atrocioribus attentatum pro completo non habeatur, atque secundum Ordin. Crim. Imper. art. 178. jub. rubr. Straff vnterstandener Wissethatten / conatus homicidii arbitrio iudicis puniri debeat.

72 Sed miror, Reusnerum præclari iudicii ICtum, hac in re fecisse divortium à Iudicio Dicastrii Lipsensis, quod certè non sine ratione prædicto Reo ob commissum attentatum Latrocinii pœ-

nam gladii adjudicavit. Quamvis enim facilimè Ienensibus concesserim, de hodiernâ consuetudine attentatum delicti pro completo non haberi, & secundum Const. Crim. Carol. V. istud pro arbitrio iudicis coercendum esse; nequaquam tamen inde contra Lipsenses infertur, attentatum Latrocinii supplicio mortis haud puniri posse; Neque enim pœna gladii, Latrocinii pœna ordinaria est, cujus respectu attentatum regulariter pro completo non habetur; Neque arbitrium iudicis pœnam mortis respuit. Imò iudicem in attentato delicti arbitrium ad pœnam usque mortis extendere posse, haud obscure apparet ex verbis final. dict. art. 178. Ordin. Crim. ibi: *Wte die an Leib oder Leben zu thun ge- bühret.*

Confirmat autem sententiam Lipsensium expt. esse artic. 126. Ordin. Crimin. Imper. & artic. 13. lib. 2. Landrecht / ubi pœna gladii decernitur adversus grassatores seu Robbatores, qui in viis publicis homines deprædantur, quamvis eosdem non occidant; Licet ergò prædictus paganus ob attentatum Latrocinii nondum consummati pœnam ordinariam Rotæ non promeruerit, ob spoliium tamen & deprædationem consummatam gladii pœnam nequaquam effugere potuit.

Cui accedit Const. Elector. 13. part. 4. in pr. ubi pœna gladii constituitur in prædones, diffidatores, aliosvè, qui extra oppida, vicos vel pagos in sylvis aut agris juxta itinera publica se occultant, eo animo, ut viatores spolient, vel occidant, aut aliud quippiam in eos committant, licet effectus non sequatur. Si ergò gladio puniendi, qui in viâ publicâ intentione occidendi vel spoliandi viatores tantummodò expectant, multò magis eadem pœnâ afficiendi erunt, qui viatores etiam adoriuntur, vulnerant, vel spoliant.

Adeoque non sine causâ urgenti & ratione Iuris, Lipsenses in casu supradicto pœnam gladii decreverunt.

Quam pœnam etiam dicitur Scabini in casu simili: Würden die Gefangene vff ihrem beschehenen Belantniss vor Gerichte freywillig voreharren / nemblichen dasi sie sich beyde vereiniget / den Krämer / bey deme sie Geld gewußt / zu ermorden / vnd ihme das Geld zu nehmen / wie solches auch von ihner geschehen / vnd dasi sie ihn darauff in die Elbe gestossen / dasi er vollends ersauffen solte. Ob dann wohl der Krämer wieder hernacher auß dem Wasser getroschen / vnd bey dem Leben blieben / so werden doch die Gefangene allein von Raubs wegen mit dem Schwerd vom Leben zum Tode gestrafft. R. W. Ad consultationem Prasæli in Mühlberg / Mens. Octobr. Anno 1564.

Eodem modo etiamnum hodiè Scabini attentatum Latrocinii, quando scilicet ad actum proximum, & delicto ipsi immediatum deventum fuit, punire solet, adhibitâ tamen hac distinctione: Num scilicet Latro ad ortus aliquem intentione occidendi & spoliandi, eum solummodò lethaliter vulneraverit, nihil autem abstulerit, vel quod in ipso delicto prehensus fuit, vel impeditus aufugit: An verò vulneratum, qui pro mortuo & occiso habitus est, simul spoliaverit & bona sua abstulerit.

Priori

78 *Priori casu* latroni pœna gladii simpliciter adjudicatur: *Tum*, ob *Co. Constit. Elect. 13. in pr. p. art. 4.* ubi hoc clarè dispositum est. *Tum*, quod ejusmodi crimen, vulneratio nimirum lethalis intentione spoliandi & occidendi facta, pœnam fractæ pacis publicæ meretur, quæ ultimum supplicium est. *Dan. Moller. ad dict. constit. 13. part. 4.*

79 *Veluti sic pronunciatum in casu quo H. G. tabellarius quendam in viâ publicâ animo occidendi & spoliandi adortus graviter eum percusserat, & proprio ipsius cufuro vulneraverat, Latrocinium tamen non consummaverat, tabellario resistente & aufugiente:* So möchte er von wegen solcher uff offener Landstrassen vorseylichen frevelhafftigen That vnd Mißhandlung mit dem Schwerdt vom Leben zum Tode gestrafft werden. *B. N. W. Ad requisitionem Quæstoris Sangerhusani, Mens. Jun. Anno 1616.*

80 *Et in casu simili:* H. Z. bekandt/das er vff P. H. einen Boten/mit welchem er gewandert/zugesallen/ ihn gestochen/die Gurget ergriffen vnd geknippen/vnd das sein endlicher Vorsatz/Gemüth/vnnd Meinung allerdingz dahin gerichtet gewesen/obmelten Boten zu ermorden vnd ihm zubringen/vnd hernach das Geld/so er bey sich getragen/vnd wohl 100. Gulden gewesen abzunehmen vnd zu rauben. Die weil sich aber der Botte gewehret/seiner mächtig worden/vnd ihme mit seinem Messer acht Stiche zugesaget/hat sein Vorhaben nicht vollbracht werden können/te. So möchte der Gefangene H. Z. von wegen solcher uff offener Landstrassen vorseylichen bößlichen That vnd Mißhandlung/gestaltten Sachen nach/mit dem Schwerdt vom Leben zum Tode gestrafft werden. *B. N. W. Ad requisitionem Quæstoris Zvrickavienensis, Mens. Decembr. Anno 1617.*

81 *Posteriori verò casu,* quando Latro vulneratum simul rebus suis spoliat, dictari solet pœna gladii, ita ut cadaver post executionem Rotæ affigatur, idque propterea, quod de prædatoribus sive Robbatores pro more hujus regionis capite plebantur, eorumque cadavera Rotæ imponantur. Quia ergo attentatum Latrocinii cum spolio conjunctum, ad minimum deprædatio seu Robbaria consummata dici potest, utique etiam Latro hoc casu haud immeritò pœnam deprædationis incurrit.

82 *Veluti sic pronunciatum, An Paul Rindlern von Zackensteyn zu Newen Zell!* *Mens. Aug. Anno 1597.*
Ad requisitionem Quæstoris Grimmensis, Mens. Mart. Anno 1617.
Senatus Quædelburgensis, Mens. Januar. Anno 1618.

83 Quinimò atrocitas hujus delicti Scabinos aded commovit, ut pro attentato Latrocinii quâdoq; pœnam ordinariam Rotæ statuere non dubitaverint. Quod licet durum, à ratione tamen juris prorsus alienum non fuit.

1. Quis enim non animadvertit gravius delinquere eum, qui unâ cum deprædatione ac spolio spoliatum lethaliter vulnerat & percutit in tantum, ut pro mortuo habeatur, quàm qui simpliciter aliquem spoliat, nullâ vi ac injuriâ corpori ipsius illata. Atqui ob solam deprædationem hic gladio puniendus, ejusque cadaver Rotæ imponendum est, Ergò gravius supplicio

ille qui simul vulnerat spoliatum animo & proposito necandi, afficiendus erit.

2. Ob atrocitatem criminis iudex pœnam non solum exasperare, *Hypol. de Marsil. in singul. 244. Mart. Dobber. in repert. jur. fol. 153. Dan. Moller. 3. semest. 17.* sed & attentatum pœnam ordinariam dictare potest, si nempe ad actum proximum fuit perventum. *Iul. Clar. in pract. §. sin. quaest. 92. numer. 2.* ubi se pluries vidisse ait, in casu attentati diversimodè judicari, quandoque puniendo conatum in atrocissimis (inter quæ etiam Latrocinium referendum) pœna ordinaria, & quandoque pœna extraordinaria,

3. Negari vix potest, quoad ipsum Latrocinium, crimen Latrocinii consummatum esse. Si enim is intentione occidendi aliquem adortus tan graviter vulneret, ut pro occiso habeatur, eumque postea spoliet, certè nil videtur restare ad consummationem delicti respectu Latronis, qui si scivisset, spoliatum animam nondum exhalasse, absque dubio eum prorsus occidisset.

Hinc quando Z. E. puerum quendam 112. Thal. 86 12. gross. secum portantem in horreum deduxerat, & non solum securi percusserat, sed & ultro mortiferè vulneraverat, eique pro mortuo relicto pecuniam abstulerat & abierat, responderunt Scabini Reum supplicio Rotæ puniendum esse hisce formalibus: Ob nun wohl der Junge an den empfangenen Schäden nicht todt blieben/sondern noch am Leben ist/vnnd des Vaders Bertröstung nach bey dem Leben erhalten werden möchte. Da aber dennoch der Gefangene uff seinem gesthanen Bekändniß für Gerichte freywillig verharren/oder des sonstigen wie recht überwiesen würde: So möchte er von wegen solcher an erwachtem Jungen begangenen vnd bekandten Mörderlichen Beschädigung vnd Beraubung mit dem Rade vom Leben zum Tode gestrafft werden. *B. N. W. V. v. S. Schwarzenburgs, Ad requisitionem G. à C. M. Nov. Anno 1605.*

Eadem pœna dictata T. S. conspiranti cum sociis suis in necem alicujus, eumq; lethaliter vulneratum, & pro mortuo habitum spoliavit: So möchte er von wegen solches uff freyer Landesstrassen begangenen vnd bekandten Strassenraubes/muthwilligen Verwaltigung/Weglagerung vnd zugesügten mörderlichen vnd gefährlichen Beschädigung gestaltten Sachen nach/vnnd andern zum Abscheu vnd Exempel mit dem Rade vom Leben zum Tode gestrafft werden. *B. N. W. Ad requisitionem Senatus Quædelburgensis, Mens. Octobr. Anno 1611.*

Pariter pronunciatum versu Gessell/ quando H. S. Vespillo in viâ publicâ mulierem quendam adortus, intentione occidendi eam lethaliter vulneraverat: eumque pro mortuâ habitam spoliaverat: So möchte er wegen solcher Verbrechen gestaltten Sachen nach/weil gleichwohl nicht allein der bekandte Strassenraub von ihme begangen/sondern er zugleich auch E. G. als eine Weibsperson/die sich wieder ihn nicht wehren vnd auffhalten können/also bößlicheu beschädiget/vnnd darneben sein Gemüth vnd Meinung gewesen/auch auß allen Umständen zu vernemen/vnnd er selbst gestanden das er gedachte/sie hette eine güige daran/das er dieselbe gar umbbringen vnd ermorden wolten/andern dergleichen Frevelern zum Exempel mit dem Rade vom Leben zum Tode gestrafft werden.
R. iij B. N. W.

- B. R. W. Ad requisitionem iudicis, Mens. Jul. Anno 1615.**
- 89 *Similiter responsum versus Augustusburg / in casu, quo A. G. aliquem in via publica proposito occidendi graviter percussit & spoliaverat, eoque mortuo relicto, aufugerat: So möchte er von wegen solcher seiner vff freyer Landstrassen begangenen vnd betandten Mißhandlung vnd Beraubung/ andern dergleichen Übelthättern zum Exempel vnd Abschew/mie dem Rade vom Leben zum Tode gerichtet vnd gestrafft werden B. R. W. Mens. Decemb. Anno 1621.*
- 90 Unde liquet, in arbitrio iudicis esse, an in cri-

mine Latrocinii ceu atrocissimo, inspectâ facti & personarum qualitate pro attentato pœnam ordinariam vel extraordinariam dicere velit, eumque adhaerendo uni vel alteri opinioni, à scopo iustitiæ non multum aberrare, neque nimis rigorosum videbitur hoc perpendenti atrocitatem ingentem hujus delicti.

Quamvis consulerem, ut iudex semper in mitiorem partem inclinet, & relicto juris rigore pœnam levioerem, gladii nimirum eligat, prout etiam monet Jul. Clar. in pract. §. fin. qua. 92 n. 2. *vers. nihilominus, quia pluribus &c.*

QUÆSTIO XXIII.

Quando & quomodo pœna Latrocinii exasperari possit?

SUMMARIA.

1. In delicto Latrocinii multa specialia reperiuntur.
2. Unicuique Latrones impune occidere licet.
3. Pro famosis Latronibus Advocatus non admittitur.
4. Princeps, & Latronum remittere nequit.
5. Hactenus relata specialia in crimine Latrocinii de consuetudine non observantur.
6. Quandoq; Latrones traha illigati ad supplicii locum raptantur. n. 7.
9. Sententia Scabinorum Lipsensium. n. 10. 11.
12. Quandoq; Latrones forcipibus candentibus adu-
runtur. n. 13. 14. 16.
15. Quicquid de uno equiparaturum constituitur, il-
lud etiam de altero constitutum videtur.
18. Quoties Latrones ferro candenti sint lacerandi.
n. 19. 20. 21. 33.
22. Sententia Scabinorum Lipsensium. n. 23. 24. 25.
26. 27.
28. Quid si Latro unius spoliis causâ plures homines
occiderit, an propterea ferro candenti ustulan-
dus.
32. Sententia Scabinorum Lipsensium. n. 30. 31. 32.
34. Quid si de reiteratione Latrocinii liquidò non
constet. n. 35.
36. Sententia Scabinorum Lipsensium. n. 37.
38. Si cum Latrocinio delicta aequè gravia concur-

rant, quoties Latro ferro candenti lacerandus
n. 40.

39. Pluribus & diversis delictis concurrentibus, una
& simplex pœna n. n. sufficit. Et quando ho. li-
mitandum, n. 48.

41. Sententia Scabinorum Lipsensium. n. 42. 43.

44. An pœna Ignis aidi queat ustulatio ferri can-
dentis.

45. Sententia Scabinorum Lipsensium. n. 46.

47. Quid si leviora crimina cum Latrocinio concur-
rant.

49. Responso Scabinorum Lipsensium. n. 50. 51.

52. Quoties latro ferro candenti ustulandus, si Latro-
cinium sapius fuerit reiteratum. n. 53.

54. Augmentum hoc pœna in terrorem est introduc-
tum, quo alii reddantur meliores.

55. Observantia Scabinorum, responsis eorundem
probata. n. 56. 57.

58. Quandoq; repetitio forcipum candentium arbitrio
iudicis committitur. n. 59. 60.

61. Sententia Scabinorum Lipsensium. n. 62.

63. Refertur alius modus exasperationis pœna in cri-
mine latrocinii.

64. Sententia Scabinorum Lipsensium.

65. Quandoq; tabula, in qua facinora Latronum no-
tata sunt, Rota affigitur. n. 66. 67.

68. Sententia Scabinorum Lipsensium. n. 69. 70.

Latrocinii crimen horrendum & execran-
dum esse, satis testatur supplicii genus horri-
bile crimini huic definitum, de quo dictum qua-
estione precedenti. Imprimis autem sciendum,
quòd ob delicti hujus atrocitatem, plura specia-
lia contra regulas juris communis in jure sint
tradita. Bald. in Auth. sed novo jure. n. 11. *vers. item*
circa presentem materiam. C. de sero fugit.

Ad eò enim legibus exosi sunt Latrones, ut
non modò unicuique eos impunè occidere li-
ceat, gloss. in cap. cum homo. 23. *question. 2. l. 1. & 2.*
C. quando lic. unic. fin. jud. se vind. l. si ut allegas. C. ad
Leg. Cornel. de si. ar. sed & iudex contra eos ordi-
nem non servato procedere, & ipsos statim pu-
nire queat. Paris. de Puteo in tractat. de Syndic. in
verb. latro. Ill. 1. per totum. Neque Latronibus

à sententia contra eos lata appellare conceditur;
cùm damnatos illos statim puniri publicè inter-
sit. l. constitutiones ff. de appellat. l. fern. in cap. 1. in
verb. bona committentium. qua sint regal. & in cap.
1. §. publici latrones. de pac. tenenda. Paris. de Put.
dict. loco Angel. Aretin. in tractat. malefic. in verb.
presente Cajo. num. 15. *vers. item videtur casus. Ti-*
ber. Decian. in tract. crimin. libr. 9. cap. 29. num. 17.

Quinimò, quòd iudex non debeat pati ali-
quem advocare pro famosis Latronibus, tradit
Jacob. Boulen. in repet. l. capitalium. §. famosis. n.
21. & seqq. ff. de pœn. l. ason. in §. ex maleficiis. n. 8. In-
stit. de action. Angel. de malefic. in verb. etiam vestem
caelestem. n. 22. *vers. pro quibus Carrer. in pract. in*
prim. tract. de appellat. §. decimus octavum casus est,
num. 2. & seqq.

Facta